Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

nomen tuum non inuocauerunt Qua
comederunt iacob et locum eius de
lauerunt. Ne memineris iniquita
tum nostrarum antiquarum cito
antecipent nos misericordie quia pauperes
facti sumus nimis. Adiuua nos
deus salutaris noster et p̃ gloriam
nominis tui domine libera nos et pro
pitius esto pecatis nostris p̃ nomen
tuum. Ne forte dicant in gentibus
ubi est deus eorum et in notes
cant in nationibus coram oculis
nostris Vlcio sanguinis seruo
rum tuorum qui effusus est introe
at in conspectu tuo gemitus compedi
torum. Secundum magnitudinem
brachii tui possides filios mortificato
rum. Et redde vicinis nostris
septuplum in sinum eorum improp
perium quod exprobrauerunt tibi domi
ne. Nos autem populus tuus et oues
pascue tue confitebimur tibi in sem
tum. In generatione et generationem
annunciabimus laudem tuam.

Qui regis
isrl intende qui deducis ve
lut ouem ioseph Qui
sedes sup cherubim manifestare co
ram effraim beniamin et manasse
Excita potentiam tuam et uenī
ut saluos nos facias Deus con
uerte nos et ostende nobis faciem
tuam et salui erimus Domine
deus virtutum quousque irascaris super
orationem serui tui Cibabis nos
pane lacrimarum et potum dabis
nobis in lacrimis in mensura
Posuisti nos in contradictionem
vicinis nostris et inimici nostri sub
sannauerunt nos Deus virtutum
conuerte nos et ostende nobis faciem
tuam et salui erimus. Vineam
de egypto transtulisti eiecisti gentes
et plantasti eam. Dux in conspe
ctu eius et plantasti radices
eius et implerunt terram. Operuit
montes umbra eius et arbusta dei
eius. Extendit palmites suos
usque ad mare et usque ad flumen pro
pagines eius. Vt quid destruxisti
maceriam eius et vindemiant eam
omnes qui preterueniunt viam
Exterminauit eam aper de sil
ua et singularis ferus de pascis
est eam. Deus virtutum conuer
respice de celo et vide et visita vineam
istam. Et perfice eam quam plan
tauit dextera tua et super filium hominis
quem confirmasti tibi. Incensa
igni et suffossa ab increpatione vul
tus tui pibunt. Fiat manus tua
super virum dextere tue et super filium
hominis quem confirmasti tibi
Et non discedimus a te uiuifi
cabis nos et nomen tuum inuocabi
mus. Domine deus virtutum
conuerte nos et ostende nobis fa
ciem tuam et salui erimus

Exultate deo
adiutori nostro iubi
late deo iacob Su
mite psalmum et da
te tympanum psal
terium iocundum cum cytharа Bu
cinate in neomenia tuba in insigni